

Jakob Maximilian Stirn


Exercitatio Theologico-Exegetica De Adamo Protoplasto Ad Imaginem Christi Per Fidem Restaurato : Ad Explicationem Loci Gen. III. 22.

Hersfeldiae: Pflingstianis, 1752

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842385339>

Druck Freier  Zugang





1298

a. B.
48. b. 8.

¹²
Fa-1092 (#)

2.

3.

1.

4.

30.

5. 0.

29.

7. 28.

18.

8. 27.

35


7. 7.

10.

11.

12.

13.



2.

3.

4.

30.

5.

29.

28.

18.

17.

35


7.

0.

1.

2.

3.



2.

3.

4.

30.

5.

29.

8.

18.


7.

35

0.

2.

3.



EXERCITATIO THEOLOGICO-EXEGETICA

DE
ADAMO PROTOPLASTO

AD
IMAGINEM CHRISTI
PER FIDEM RESTAURATO,
AD EXPLICATIONEM LOCI

GEN. III. 22.

EDITA

A
IACOBO MAXIM. STIRN,

ECCLESIAE CIVICAE HERSFELD. PAST. PRIM.
ET CLASSIS EIVSD. METROP.



HERSFELDIAE,

TYPIS PFINGSTIANIS, ET IMPENSIS VIDYAE.

MDCCCXII.

31.

21.

30.

29.

22.
26.

1.
27.

9.

10. 16.

11. 5.

12.

13.



§. I.

Promissioni veteris Testamenti, lunæ lumen nempe sicut solis splendorem, & solis septuplo majorem fore, Jes. XXX. 26. his nostris temporibus ex parte satisfactum esse, nemo facile negabit. Propositum nostrum & commendata brevitates limites ponunt nobis, ut id, quod ex omnibus prophetiæ istius circumstantiis non uno modo adstruere possemus, nude præsupponamus: Deum nempe hoc vaticinio periodo N. T., non proprium ac naturale incrementum solis aut lunæ, sed modo spirituali, majorem et magis superfluum, quæ juxta pietatem est, cognitionis mensuram polliceri. Præsuppositum istud plena sua gaudet certitudine. Umbris enim ac typis omnia antiquitus obvelaverat summum Numen; Iam vero *nos omnes resecta facie gloriam Domini quasi in speculo intuemur.* 2. Cor. III. 18. De quo testantur, quamvis multa cum divinis oraculis tamen ex amussi virorum doctorum conspirantia scripta; Qui ante mysticam Ægyptiæ caliginem de ecclesia Christi bene meriti sunt. Qui durantibus Antichristianismi tenebris, veritatem servarunt immaculatam. Qui denique, præsertim exorta luce reformationis, & labefacto regno meretricis istius magnæ, fœdera Dei cum hominibus clare, distincte & Sp. S. efficacia exposuere. Adeo ut nostro sæculo bene conveniat tritum istud: Nihil est dictum, quod non antea fuerit scriptum

[A] 2

ptum

2
31.

21

30.

29.

28.

18.

27.

9. 17.

10. 16.

11. 5.

12.

13.

ptum. In aëre igitur me piscari forte quis dixerit, quod lumen perexiguæ scientiæ, radiantibus tot virorum stellis apponere coner. Verum enim vero ipsa S. S. doctore ab ea objectione vindicor. Cum enim tabernaculum vasaque ejus sancta a Moysè erant fabricanda, non solum principes & populi sancti antistites, sed & infima ejus plebs suam in eum usum offerebat copiam. Iesu Christi ecclesia, tabernaculum istud Dei inter homines indies adhuc est extruendum; Sufficiat igitur, me aliquid quamvis perexigui pretii in hunc usum contulisse, ob oculos ponens, me vias ab aliis tritas peruestigare cupidum esse.

§. II.

Argumentum nobis suppeditant verba Dei Gen. III. de Adamo per lapsum deperdito, & per fidem in *πρωτευναγγελιον* salutis restituto, sic sonantia: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, cognoscendo bonum & malum.*

§. III.

Adest heic copia virorum doctorum, verba allegata ironice explicantium, quorum auctoritate fere induci possem huic sententiæ subscribere; Ac si Deus Adamo, ex superbia DEI æqualitatem adspiranti, stultitiam exprobrans dixisset: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis. Scilicet, quam pulcre factus es sicut unus ex nobis, sive sicut Deus, prout seductor tibi promiserat! Quam probe scis bonum & malum! Expertus es, sed tuo damno! Superbia tua, qua Deo similis fieri expectabas, male tibi cessit, nam te ipsum ad miserrimam sortem detrusisti.*

§. IIII.

In hanc sententiã antiquitas olim jam est locuta. Vt unum omnium, qui mihi in promptu est adducam; CHRYSO-

SO-

❧ V. ❧

SOSTOMVS sua sic existimavit ætate. Ex variis in Matth. locis HOMIL. VI. ad MATTH. V. 5. ita commentatur : „Et his primus homo expectationibus (superbis nempe) „a diabolo inflatus, præcipitatusque est, factusque mortalis; Sperans enim esse Deus, & quod habebat amisit; „quod exprobrans illi Deus & ipsius carpens dementiam „dicebat: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. „

§. V.

Recentiori tempore in eandem sententiam ivere Doctores omni reverentia colendi. Facundissimus BVRMANN. Synopf. Theol. Lib. II. Cap. VIII. §. 21. qui verbis Genes. III. 22. 23. 24. adductis postea addit: „Quæ „Dei sententia tres habebat partes. Primo enim superbiam „illius exprobrat, non sine acerbo irrisu & σαρκασμῷ, ecce factus est sicut unus ex nobis! quæ justa arrogantiae „hominis pœna est, cujus vanitatem ita prostitui decebat, „& Cl. GVRTLER Institut. Theol. Cap. X. Th. 23. Nam „(inquit) Deus conceptis verbis spem impetrandæ æqualitatis cum DEO, & scientiæ boni ac mali Adamo exprobrat., „ Addantur VAN MASTRICHT Theol. pract. Lib. IV. cap. I. §. XVII. p. 333. Doctissimus WITTSIVS Oecon. Fæd. Lib. IV. cap. VII. §. III.

§. VI.

Sententiam autem suam maxime emphatice prodidit, Cel. JABLONSKI, in den christlichen Predigten Uter Zehend, 57. Seite. quam, licet satis amplam, lingua nostra vernacula apponere lubet, ut veritas clarius elucescat. Verba ejus hoc modo se habent. „So ist Adam worden wie unser eizner. Ganz umgekehrt! je höher er steigen wollte, desto tiefer „ist er gefallen.“ Et paulo post verba BERNHARDI in
[A] 3 Cant.

Cant. Serm. XXXV. ant. med. sua facit. "Ja hätten die
 "unvernünfftige Thiere, die auf dem Felde, dahin er verstoßen war,
 "ihm begegnet, der Eselin Bileams Zunge gehabt, würden sie
 "mit ganz eigentlichen und verblühten Worten ihn haben be-
 "willkommen können: *Sihe Adam ist worden wie unser eines;*
 "also in eine lederne Decke wider die brennende Sonnen-Hize
 "und peinlichen Frost des Nachts eingehüllet, *wie unser eines.*
 "Also in der Erden wühlende, und seine kümmerliche Nahrung
 "suchende, *wie unser eines.* Also sterbende und zu Staub
 "werdende, *wie unser eines.* Ja viel schlimmer als unser eines,
 "so viel es schlimmer ist ein Vieh werden, als ein Vieh gebahren
 "seyn. So gar, daß Adam (der Mensch) zu einigen von uns
 "(Thieren) in die Schule geschickt wird; Von Salomon zu den
 "Ameisen und Caninichen, Weisheit und Emsigkeit zu lernen."
 Prov. VI. 6. *aliaque loca adducuntur* Matth. VI. 26. Es. I. 3.
 Quin imo hominem ipsis diabolis, spiritibusve malignis
 comparat, qui, ex pœnis infernalibus ascendentes, eum hoc
 ore alloqui potuissent. "*Sihe Adam ist worden wie unser ei-*
 "*ner, so ungehorsam, so rebellisch wie unser einer.* (hoc aliquo
 "modo ventilari posset). So aus der Gemeinschaft Gottes
 "verbannet, *wie unser einer.*" So nach der Hölle und Ver-
 "damnis verwiesen, *wie unser einer.*" Vah! duriora ista,
 quam quæ probari possint.

J. VII.

Plures explicationes proposuit PFEIFFER. in dub. vex. ad
 n. l. Qui tamen omnes aliquo modo temperat, credens, Sar-
 casmum, quo illudicitur miseris, summæ Dei *φιλανθρωπία*, A-
 damo jam tum patefacta, haud bene convenire. Quare de-
 cisum suum, non quidem ironice, his tamen terminis tulit:
 quod homo affectarit Deo similem fieri. GLASSIUS Phil. Sac.
 Lib.

8.

VII.

Lib. V. Tr. I. Cap. V. p. 1513. huic dicto quoque sensum ironicum insimulans, alios adhuc eidem sententiæ subscribentes indicavit Doctores. Ex quibus satis constat, explicationem, cujus [§. III.] mentio facta, inter doctos esse vulgatissimam. Ita ut viri isti clarissimi, tam Reformationum, quam Luthoranorum, præjudicium menti facile imprimere possent, nisi essemus edocti, non authoritati sed veritati aures præbere.

§. VIII.

Negativa igitur stat nobis hæc sententia: Primum Adami peccatum non fuisse superbiam, & Deus dicens: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, noluit primum parentem ludibrio exponere. Hoc deducitur ex illo. Et quoniam prima nostræ positionis pars, Adamum nempe ex superbia peccasse, ansam præbuit secundæ, vid. (CHRYSOST. BVRM. & GVRTLERVS locis cit.) sponte sequitur, sublato fundamento totum ædificium corruere, adeoque Deum istis verbis Adamo non illulisse.

§. VIII.

Nemo non facile concedet, Deum esse spiritum summe perfectissimum, omnes perfectiones composibiles, quæ de ente spirituali prædicari possunt, possidentem. Infinitum intellectum, cujus actuositate omnia uno intuitu, & per essentiam cognoscit; Perfectissimam voluntatem, qua omnia possibilia ex statu possibilitatis in actualitatem traducere potis est. Deum esse sapientissimum, justissimum, optimum, immutabilem, idque omne a se ipso.

§. X.

Superbia est vitium, quo quis extra legem naturæ, alteri in perfectionibus adæquare vel præferri desiderat.

In

2
31.

21

30.

29.

28.

18.

27.

35

9.

17.

10. 16.

11. 15.

12.

13.

In eo contradistinguuntur ambitio vitiosa & laudabilis, si perfectio quaritur extra viam legis naturæ. Superbia enim & ambitio honorem pro fine habent. Honor autem est iudicium de alterius perfectione latum. Suam & aliorum perfectionem promovere, est prima regula legis naturæ; Ergo, qui suæ perfectioni studet, agit ex lege naturæ, adeoque sui honoris per perfectiones adipiscendi cupidus, virtuti studet, nam actiones suas ex lege naturæ moderatur, in quo vera veræ virtutis ratio sita est. Ex opposito stulta est ambitio, nomenque meretur superbiæ, si quis extra viam regiam legis naturæ honorem venatur, tunc enim honor in imperfectione constituitur.

§. XI.

Si Adamus ex superbia peccasset, illud delictum contra Deum commiserit necesse est, sive contra Deum fuisset superbus. Id quod, ex sententia virorum, quos in frontispicio designavimus, causa fuisset, cur Deus Adamo insultans, dixerit: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis כַּאֲחֵד מֵמֵנוּ. Hinc, ut justum servemus ordinem, superbia contra Deum nobis est definienda.

§. XII.

Illa nobis dicitur vitium, quo quis Deo æqualis evadere vellet.

In Sacris paginis vox superbiæ, respectu ad Deum, diverso quidem significatu occurrit. RAVANEL. Biblioth. Sacra sub hoc titulo. Sed hæc omnia fere sunt diversæ superbiæ contra Deum species. Quicquid legitur, ad hanc nostram definitionem saltem reduci potest. Notandum præterea discrimen inter *æqualia* & *similia*. Æqualia dicuntur, quæ salvo omni respectu sibi mutuo substitui possunt, ac si substitutio non sit facta. Similia autem, quæ eisdem habent notas characteristicas. Notæ autem characteristicæ vocantur id, ex quo res cognoscitur & distinguitur. Vid. BAYMEIST. Instit. Met. §. 103. Vel similia dicuntur, in quibus eadem sunt, per quæ entia discernere debemus. THYMMIG. Inst. Phil. WOLF. Part. I. pag. 45.

§. XIII.

❧ VIII. ❧

§. XIII.

His præmissis pergo. Sana extra tenebras constituta ratio docet, Deum esse ens perfectissimum, de quo [§. VIII.] adeoque hominem sive aliam creaturam, quæ, qualis, quanta demum sit, Deo æqualem fieri haud posse.

Datum probare superfedemus, nosque a scopo in avia deflecteret. Nonnemo de eo exigua convincetur opera, modo se ipsum & ens istud beatissimum cognoscat. Nec gentilium *idolis* causari potest. Id enim, quod sibi denegatum, aliis putabant concessum, qui ea de causa in Deorum consortium sint referendi. Præterea non sana, sed præjudiciis peccati obtenebrata ratione utebantur. Imo polytheismum statuentes, Jovem tamen unum omnium existiabant summum. OVID. Metamorph. Lib. I. v. 192 - 199.

§. XIII.

Adamus ante lapsum sana erat præditus ratione. Nam finis Dei circa Adamum intentus, tale donum requirebat. Deum nempe glorificandi gratia erat creatus, quod sine usu rationis præstare nunquam potuisset.

§. XV.

Deus itaque est ens perfectissimum [§. VIII.] Superbia contra Deum æqualitatem cum Deo anhelat [§. XII.] Sana ratio docet omnimodam cum Deo æqualitatem sperari non posse [§. XIII.] Adamus sana ratione erat instructus [§. XIII.] Ergo peccatum Adami primum non erat superbia, aut dicendum esset, Adamum, in actu peccaminoso primo, omni ratione fuisse privatum; sed tunc ne quidem peccare potuisset.

§. XVI.

Objiceretur fortassis; Satanam nihilo tamen minus hominem vanâ hac spe inescasse, quod futurus sit כאלהים. B.
[B] Ada-

2

31.

21.

30.

29.

28.

18.

27.

35

9.

17.

10. 16.

11. 5.

12.

13.

Adamum non latuisse, se debere esse similem Deo, [§. XII. Schol.] in attributis communicabilibus, quæ dicunt. Cognovit enim Deum, exemplar perfectionis, sanctitatis & bonitatis nunquam non ab omnibus imitandum. Quod & Deus peccatoribus injunxit sub F. G. Matth. V. 47. *Estote perfecti sicut pater vester in cælis perfectus est.* 1 Petr. I. 15. 16. *Sed sicut is, qui vos vocavit sanctus est, ipsi quoque sancti in omni vestra conversatione reddamini.* Propterea quod scriptum est: *Estote sancti, nam ego sanctus sum.* Hinc homo putabat, fore ut fructus medium sit similitudinis istius consequendæ. Quod multo magis credidit, quia diabolum arbitratus est bonum fuisse angelum, a Deo missum, ut ipsis hanc ad felicitatem viam ostenderet. Quod Paulus utique innuere videtur 2 Cor. XI. 3. 13. 14. Cum tamen lex a Deo lata unica perfectionis obtinendæ ratio fuerit. Si verba, *eritis sicut Deus* per esum vetiti fructus, aliter capiantur, fallacia Satanæ nimis crassa fuerit, necesse est, quam Adamus facile odorari potuisset. Nam cognitio Dei Adamo concreata docebat, se nunquam fieri posse id, quod summum Numen erat. Aut nobis esset concipiendus instar infantis, qui carbonem a creta distinguere non valet.

§. XVII.

Ex quibus facile intelligitur, quodnam primum primi hominis peccatum fuerit; error nempe in intellectu, quo id medium perfectionis arbitrabatur, quod revera nihil minus erat. Neque hac sententia stabilitur, peccatum istud tantum fuisse theoreticum. Intellectu enim ejus a veritate deficiente, naturali nexu voluntas intellectum sequebatur. Adeoque actus iste peccaminosus ad utramque mentis facultatem pertinebat. Hinc peccatum non solum erat theoreticum,

❧ XI. ❧

ticum, sed etiam practicum, id est, intellectus & voluntas a lege DEI aberrarunt.

Hac scimus Paulo doctore, qui ad Eph. IIII. 22. veterem describit hominem, semet corruptentem concupiscentiis τῆς ἀπάτης. Hoc quoque arridet Cl. HEIDANO, de orig. erroris Lib. I. cap. I. §. VI. VII. & VIII. LAMPE in notis ad D'OUTREINS Gulden Kleinod der Lehre der Wahrheit, pag. 195.

§. XVIII.

Adamus itaque ex superbia non peccavit [§. XV]. Verba, eritis כאלהים, pro omnigena cum DEO æqualitate nequidem cepit [§. XVI]. Transgressionis ejus origo potius ἐν ἀνομίᾳ constituenda [§. XVII]. Ea propter elatio animi scaturigo peccati Adamitici esse nequit. Q. E. D. Hisque adstructis explicatio ironica verborum: ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, bona ex parte labascit, quod tamen ultro rimatum imus,

§. XVIII.

Ironia est locutio tropica, qua intelligitur contrarium ejus, quod dicitur.

Hac definitio est vulgarissima, & clare quadrat in mentem dictorum interpretum, qui in nostro loco contrarium intelligunt. Adamum nempe non factum esse sicut Deum. Diversas autem ironiæ species Rhetoribus recensendas relinquimus.

§. XX.

Conditiones autem ejus sunt: a) Quemadmodum circa omnes tropos, sic etiam de ironia observandum, quod rationes adesse debeant, quibus a nativo verborum significato recedere impellimur. Quo alterius cogitationes ironice expressæ in contrarium intelligi possint. Alias istiusmodi figuris inextricabilis orationis fluctuatio introduceretur.

[B 2]

§. XX.

2
31.
21.
30.
29.
28.
18.
27.
35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

❧ XII. ❧

§. XXI.

Insuper §) in ridendo & cavillando totus fere versatur ironiæ usus. Hinc VOSSIVS Rhet. contr. Lib. III. Cap. VIII. §. 3. „Ironiæ, ut in jocis & salibus, ita etiam cum acrius mordere volumus, usus est maximus, ita ut commoti „stomachi certum suppeditet indicium. Idem exemplis patet, PLAVTVS in Trinummo, Act. I. Sc. 2.

*Illum, qui mandavit, eum exturbasti ex ædibus
Acdepol mandatum pulcre, et curatum probe.*

OVIDIVS in quarta Epistola, Hypsipyle Jasoni:

*Vota ego persolvam? Votis Medea fructur
Cor dolet: atque ira mixtus abundat amor
Dona feram templis! vivum quod Jasona perdam,
Hostia pro damnis concidet icta meis.*

Addatur TERENCEVS in Andria. Act. III. Sc. 5.

- - - *Ehodum bone vir quid ais? viden me consiliis tuis
miserum impeditum esse. - - -*

& in Eunuch. Act. II. Sc. 2. .

§. XXII.

Non immoramur quaestioni, num potestatem DEI judiciariam deceat, fannis aliquem excipere? quum certum sit, omnia affectibus analogia ἀνθρώποπαθῶς dici, sed θεοπρεπῶς esse intelligenda, & Deum in sacris paginis homines non semel ore ironico alloqui. Iud. X. 14. *Ite, & inclamate Deos, quos elegistis, illi salvent vos tempore angustiae vestrae.* Iesaias. XXXV ll. 13. *Stent jam observatores caeli, qui contemplantur stellas, notas faciunt in menses, & servent te ab*
iis

8.

XIII.

iis, quæ ventura sunt tibi. Jer. II. 28. At ubi sunt Dii tui, quos elegisti tibi? surgant, si servabunt te tempore mali: nam pro numero civitatum tuarum sunt Dii tui Iehuda! Sic etiam Salvator Marc. VII. 9. *καλῶς ἀδελφαίτε τὴν ἐντολὴν τῆ Θεῆ* ut traditionem vestram ponatis, quod Christus dubio procul ὀνειδίζων Pharisæis opposuit.

§. XXIII.

Ex dictis rursus claret, Deum ironicis sermonibus homines de re male gesta amarulentia verborum corripere. Adeoque sarcasmos in sacris literis exhibitos, signa esse Numinis ira perciti. Quam veritatem summa sapientia innuit. Prov. I. 25. 26. *Sed abstrahitis vos ab omni consilio meo, & correctioni meæ non acquiescitis: Ego quoque in calamitate vestra ridebo, subsannabo, quum adveniat pavor vester.* Omnia saltem §. XXII. citata, ostendunt, Deum populum Judaicum earpentem, judicia sua in idololatras & superstitiosos declamare.

§. XXIII.

Verum enimvero, cum ironia, a Deo adhibita, signum audiat exandescentiæ divinæ (§. XXI & XXIII.) quem Deus labiis illudentibus affatur, peccator sit necesse est, & quidem Deo nondum reconciliatus. Nam imagine Dei perpolitâ, aut eandem regenita creatura, objectum indignationis divinæ esse nequit; quia Deus seipsum, suasque perfectiones, & per consequens, suam in homine imaginem, perfectiones divinas relucens, amat eique acquiescit. De quo David, Ps. XVIII. 26. 27. *Cum sancto sanctum, cum viro integro integrum te præstas. Cum puro purum, & cum perverso perversum te præbes.*

[B] 3

§. XXV.

2
31.
21.
30.
29.
28. 4.
18.
47. 35
9. 17.
10. 16.
11. 5.
12.
13.

§. XXV.

Porro nobis inculcat divina revelatio, reconciliationem peccatoris in eo absolvi, si redemptorem a Deo patefactum, viva, quam Sp. S. operatur, fide amplectentes, justitia Dei efficiamur, testante Paulo Rom. V. 1. 2 Cor. V. 18. - f. Col. I. 19. II. 14. Alia hanc veritatem adstruunt loca brevitatis causa omittuntur.

§. XXVI.

In externa opera autem lux ista fidei suos emittit radios. Ab una parte per oralem, ex sincero animi affectu promanantem, confessionem. Sicut videre est in Eva Gen. III. 1. Lamecho. Gen. V. 29. Jacobo Gen. XXXXVIII. 18. & Jobo, Cap. XVIII. 25. 26. 27. Ab altera parte, per externa obedientiae erga Deum exercitia. *Fides enim absque operibus est mortua.* Jac. II. 17. In quibus tamen pro diversa temporum oeconomia quaedam conspicitur diversitas, non in essentialibus, quippe quorum respectu idem semper fuit legis tenor, actionibus nempe moraliter bonis esse studendum, sed in puris accidentalibus. Ante Christum exhibitum, actiones quaedam externae adhuc erant quasi additamentum legis moralis, quibus nihilo tamen minus fidem suam testabantur fideles. Et sacrificiis principem earum assignamus locum, quae Paulus discrete inter actus fidei retulit, Heb. XI. 4.

§. XXVII.

Nulli quoque temporis periodo defuere auctoramenta sive sigilla divina, quorum ope Deus fidem in hominibus confortavit, confirmavit, obfirmavit. Huc pertinent tempore promissionis, Iris Noacho, & circumcisio Abrahamo concredita. Tempore legis eadem ablatio praeputii, Pascha
alia-

aliaque Sacramenta extraordinaria, quibus populus Judaicus in deserto utebatur. Imo ipsis Sacrificiis duplex tribuenda est *oꝝ*. Typi quidem erant & testimonia reatus per sanguinem Christi nondum expuncti, sed demum expungendi, sanctum Christi sacrificium delineantes. Erant autem etiam sacramenta, quia Deus eis docebat, se peccata, aliquando sanctissimo Christi piaculo expianda, sub patientia tantum tolerare. Futurum autem esse verum per satisfactionem Messiae lytrum, in quo Deus acquiescentiam habeat. Hinc quoties sanguis animalium a mundi primordiis fusus est, toties fideles reddebantur certiores, sigillaque accipiebant, sanguinem Messiae olim esse fundendum. Hostiae enim extra Christum spectatae, ne quidem perferri potuerunt, adeo ut hoc requisito destitutae Deo fuerint abominationi. Vid. Ps. L. Jes. I. LXVI. & Jer. VII. & alibi.

§. XXVII.

Quo autem postea conditio Adami magis perspicua fiat, porro animadvertendum est, institutionem sacrificiorum utique esse divinam, sive Deum legem sacrificandi ipsismet tulisse. Siquidem *α*) sacrificia erant typi, futuri a Messia persolvendi lytri (§. XXVII.) Cum autem expectatus Christi sanguis sola revelatione divina inclaruit, hostiarum origo quoque ex divina revelatione est petenda, aut sacrificia in numerum sacrarum picturarum, quibus Deus adorandum istud opus salutis representavit, non possent referri. Quoniam typus dicitur res, vel persona, vel actio eo fine a Deo instituta, vel separata, ut dona gratiae significet. *β*) Sacramenta ab eo solum institui possunt, qui bona iisdem promissa impertiri potis est, puta a solo Deo. Omnia enim Sacramenta sunt sigilla, verbo promissionis agglutinata. Illum itaque

2
 31.
 21.
 30.
 29.
 28.
 18.
 47. 35
 9. 17.
 10. 16.
 11. 15.
 12.
 13.

itaque, qui sigilla largitur, potestatem (ut ita dicam) syngraphæ conscribendæ habeat necesse est. Sacrificia autem certo respectu erant Sacramenta [§. cit.] Ergo a Deo erant instituta, qui solus bona cœlestia, in verbo gratiæ promissâ, propinare potest. Præterea γ) omnis cultus divinus fieri debet juxta normam a Deo præscriptam, alias exoptulat Deus cum hominibus Math. XV. 9. *Frustra me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt præcepta hominum.* Immolationes autem divini cultus constituiebant partem [§. XXVI.] videatur etiam Mal. I. 6. 7. II. 8. 9. 10. Hinc sequitur, legem extitisse divinam, cujus valore holocausta cremata fuerint. Vid. de hac re prolixiores, Lund. Lev. Priesterthum Lib. III. Cap. XXIII. pag. 552. n. 10. SELDEN. de Jur. Naturæ & gent. Lib. III. Cap. VIII. pag. 32. 312. D'OUTREIN Erklärung des Briefs an die Hebræer dritter Theil pag. 646 seqq.

§. XXVIII.

Ex iis, quæ §. XXV. & XXVI. diximus, resultat discrimen illud extremum inter mortales: Sunt vel cum Deo in pacem redacti, vel objecta vindictæ divinæ, regeneriti aut ir-regeniti, aut probi, aut improbi. Univerſa sacra biblia medium ignorant. Quinimo ipsissimus Judex omniscius die isto magno totam hominum copiam in duas dispescet partes, pios ad dextram, impios ad sinistram sistens Matth. XXV. Vnde ex lege oppositorum consequitur, qui illis adjungitur, his nullatenus annumerari potest.

§. XXX.

Nunc conditionem protoplasti pressius perlustremus, cujus fuit eo tempore, cum Deus de eo dixit: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis.* Inde verus horum verborum emerget sensus, tam negativus, quam affirmativus. In eo enim

8.

❧ XVII. ❧

enim non nihil ponderis versatur, si statum Adami, tempore hujus effati divini perspectum habemus; talem enim sensum admittit prædicatum, qualem ei permittit subjectum.

§. XXXI.

Primum parentem meritum J. C. vera fide amplexum esse, etiam antequam Deus dixit. *Ecce Adam* &c. claret. Mulierem enim nominis mutatione vocavit Chayam, prout scriptorum antiquissimus docet Gen. III. 20. *Et vocavit Adam nomen mulieris suæ Charva*, addita ratione כִּי הוּא הָיְתָה אִנְיָ כִּלְיָהּ. Sane stolidi illa fuisset *στυμιαδενεια*, sententiæque judicariæ ψ. 19. ex amussi contraria, nisi concedamus Adamum ista mulieris appellatione fidem suam in Christum esse professum. Majori jure dicta fuisset mater omnium mortuorum, si extra Christum spectetur; quippe quæ ex comminatione divina per legis violationem mortem sibi contraxerat, eamque in summa emphasi, mortem spirituales, temporales & æternam. Et quia secundum leges naturæ sibi & sui similes peperisset, nullo modo dicenda fuisset mater viventium, sed omnium durissimam in posterum mortem morientium. Verbis igitur conceptis, spei suæ testimonium perhibebat Adamus, credens, mulierem suam fide recepisse promissionem de semine mulieris a Deo promulgatam; Adeoque eam esse victuram; Non vero eam solam, sed etiam ex eadem progerminatam iri semen istud benedictum, cujus merito omnes veri fideles vitam sint accepturi, exinde Evam futuram esse matrem omnis viventis. Plura suppeditat acutissimus *VIRIVS* Oecon. Foed. Lib. IIII. Cap. I. §§ 27. - 32. Adamus autem professionem istam de uxore faciens, cur quæso bonis vera fide obtinendis excluderetur?

[C]

§. XXXII.

2
31.
21
30.
29.
28. 4.
18.
47. 35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

§. XXXII.

Quemadmodum parens primus his verbis fiduciae suae in semen mulieris dedit specimen, eamque oretenus est confessus, sic eandem externis operibus fecit conspicuam, idque in sacrificiis. Admodum enim probabile est, Adamum sacra sua immolando egisse. Etenim certum est, Cainum & Abelem victimas obtulisse, ex institutione Dei originem ducentes (§. XXVIII.) Vnde autem hunc Deum colendi ritum callebant, nisi ex traditione parentis sui? Nullum saltem de eo mandatum fratribus istis a Deo iunctum legitur. Nedum sub aetate promissionis unicum hanc oralem institutionem in usu fuisse, qua patres liberos suos, & promissiones divinas, & cultum divinum docuerunt. Huic sententiae subscripsit GODVIN. Mos. & Aaron Lib. I. Cap. VI. §. 2. & HOTTING. in notis ad eund. ZORNIVS. Opusc. sacris Tom. I. pag. 410 seqq. Audiamus etiam SELDEN. de I. N. & G. Lib. III. Cap. 11. pag. 276. Quod (inquit) ad "cultus divini, quo usi sunt Noachidae, eorumque decessores vetustissimi, genera heic attinet, scimus, paulo post rerum initia cultum Divinum per oblationes exhibitum, ut in sacrificiis Abelis & Caini. Adae item similis tribui solet, idque ex eo quod tunicas haberet ipse & Eva pelliceas. Imo, quid obstat, quando Christus dicitur ἀρνιον ἐσφαγμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου Apoc. XIII. 8. quo minus illud intelligatur, de mactatione intentionata per decretum aeternum, de mactatione typica a primis mundi incunabilis per sacrificia, & de mactatione consummata per sanctissimam agni istius immaculati mortem. Praepositio enim ἀπὸ non solum valet ante, Eph. I. 4. Apoc. XVII. 8. Hinc ἀπὸ & πρὸ inter se permutantur 2 Thes. II, 13. & 2 Tim. I, 9. & tunc respondet Hebraeorum ׀ֶבֶד; sed etiam valet a vel ab, Matth. XXIII. Erit enim

8.

❧ XVIII. ❧

enim tunc afflictio magna *וְכִי אֵין עִוָּן עָלָיו אֲשֶׁר עָשָׂה לָּנוּ*
 Prout idem in hebraico *וְכִי* obtinet, Vid. *Gloss. Gram. Sacra*
 pag. 1158. 1164. 1074.

§. XXXIII.

Nec defuere Adamo sacramenta ad fidem confirman-
 dam concessa; ut enim taceamus de sacrificiis, ab Adamo
 immolatis (§. præc.) quæque in numerum sigillorum erant
 referenda. §. XXII. superest speciale quidpiam, nempe
 Deum Adamo & uxori ejus tunicas parasse pelliceas. Juda-
 orum fabulam, has vertes ex detracta serpentis pelle consu-
 tas fuisse, quis non deridebit? Ex sententia Doctorum Chri-
 stianorum potius credimus, hæc subligacula, ex pelle pecu-
 dum ad hostiam destructarum facta esse. Atque sententia
 firmiori adhuc niteretur fundamento, si ad oculum demon-
 strari posset, esum carniæ a principio mundi non fuisse li-
 citum. Quicquid demum sit, hæc vestitus Adami origo erit
 certa, donec alia argumentis magis convictivis erit stabilita.
 Vid. nunquam non evolvendus *Cel. vvitivs Oecon. Fœd.*
Lib. III. Cap. VIII. §. VI. VII. Quid vestitus iste villosus
 autem indicabat, hominemque commonefaciebat, quam iu-
 stitiam peccatoris revera esse ficulneum præsidium, ficulne-
 am vestem? Eo quod Deus ipse vestes Adami ex foliis com-
 positas immutaret. Ex sacrificio Messiaæ autem parandam es-
 se justitiæ stolam, qua vestiretur peccator, quam que homo
 corruptus sibi ipsi adaptare non posset. Adeoque protoplas-
 tos tam certo esse vestiendos toga ista justitiæ, quam certo
 ex victima coram oculis eorum icta, tunica ista erant para-
 tæ. Vid. *Cl. LAMPE Gnaden, Bund Tom I. Hauptstück X. §.*
1. 11. Hinc forte ortum duxit, quod subsequenti tempore
 justitia peccatoris vesti rejectanæ, verum justitia Christi ve-
 sti puræ comparata fuerit. Vid. *Es. LVIII. 6. LXIII. 6.*

[C] a

Math.

2
31.

21

30.

29.

28.

18.

47-35

9.

17.

10.

16.

11.

15.

12.

13.

Math. XXII. 11. Judæ epist. v. 23. Ef. LXI. 10. Dan. VIII. 7. Luc. XV. 22. 2 Cor. V. 3. Apoc III. 18. IIII. 4. VI. 11. XVI. 15. in quo ultimo loco manifesta ad nuditatem pudendorum conspicitur allusio.

§. XXXIII.

Ex dictis igitur liquido apparet, Adamum fidei professionem dedisse oralem (§. XXXI.). Eamque externis pietatis exercitiis probasse (§. XXXII.). Imo eandem sacris sigillis fuisse confirmatam. Hinc concludimus, quod veram habuerit fidem, quæ meritum Christi suum facit, nosque cum DEO reconciliat (§. XXV.). Et eum hac de re in numerum impiorum referri non posse (§. XXVIII.). Sed per fidem pie creditur salvatus, illorumque *συνοικονία* adjungitur quibus salus per Christum obrigit. Quod jam olim insinuavit IRÆNÆVS, seculi II. Doctor adv. hæreses. Lib. III. cap. XXXIX. „Mentiuntur ergo (inquit) omnes, (Tatiani se-
„quaces) qui contradicunt ejus saluti, (Adami) semper se
„ipfos excludentes a vita, eo quod non credant inventam
„ovem, quæ perierat: si autem illa non inventa, adhuc pos-
„sidentur in perditione omnis hominis generatio.,” Vid. etiam cap. XXXIV. ej. lib. totum.

§. XXXV.

Nunc obsecro, quis verba: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, ironico sensu exponeret? Deus ironice loquens signa excandescentiæ suæ præbet (§. XXII.). Solosque peccatores impios scommatibus excipit (§. XXIII.). At Adamus non fuit peccator ira divina dignus, sed per vivam fidem regeneratus & Deo reconciliatus (§. XXXIII.). Isque juxta seriem narrationis Mosaicæ, jam ante hæc verba audita factus. Ergo, nullum explicatio ironica locum ha-
bere

8.

❧ XXI ❧

bere potest, quia sensus prædicati ex conditione subjecti est moderandus. Q. E. D.

§. XXXVI.

Sed liceat hac de re unum vel alterum argumentum sub-
jicere. Si Deus hæc verba ironico, ut putant, dixit sensu,
Adami superbiæ insultandi gratia, quid fuit in causa, quo
minus DEVS verba Diaboli repetens dixisset: דן האדם
היה כאלהים, cur præcisè dixit ממנו כאחד? Hæc verbo-
rum פ. 4. & 22. catastrophe primo intuitu innuit, alium utro-
rumque esse sensum. Ironia enim magis fuisset aculeata ipsis
diaboli verbis, quibus homines ad peccatum induxerat, ad-
hibitis. Quod majori cum confidentia statuimus, quum
omnes interpretes Christiani pleno ore fateantur, heicce in-
nui pluralitatem personarum in essentia divina. Cur autem
ejus mentio fieret in irato hoc, ut putant, sermone, cum
sit mysterium pietatis & salutis? Nec movet nos ratio a
sensu simplici & literali recedere quem hæc facile admittunt,
prout postea diceretur.

§. XXXVII.

Nec injurii erimus dicentes, viros supra allegatos sibi
ipsis contradicere, & nimis dura proferre. Sibi ipsi adver-
satur Clar. GVRTLER. Cum enim loco [§. v.] citato dixit-
set: Nam, Deus conceptis verbis spem - - - Adamo ex-
probrat, paulo post eodem volumine Cap. XX. Thef. III.
p. 477. addit Quod amplius confirmabitur (sc. Adamum credi-
disse in προσευαγγέλιον) Si Deus collaudavit Adami fidem per
quam uni ex tribus personis deitatis, filio Dei, designato me-
diatori factus sit similis. In his conciliandis plane Davus sum
non Oedipus! Et forsitan hoc loco oblitus erat vir alias sum-
mo honore habendus ejus, quod antea scripserat. Quomodo
[C] 3 enim

2
31.

21.

30.

29.

28. 4.

18.

47. 35

9. 17.

10. 16.

11. 15.

12.

13.

do fieri potest, ut iisdem verbis mordax ironia & testimonium, Adami fidem collaudans, perhibeatur. Nonne Pater amat filium Ioh. V. 20? Et si quis per fidem ei factus est *συμμορφος*, nonne diligeret Deus creaturam, imaginem dilecti illius repræsentantem? Ad eundem lapidem impegisse videtur Cl. IABLONSKI. Quam acerbe enim hæc verba: *Ecce Adam factus est &c.*, explicaverit supra vidimus [§. VI.] Ejus tamen non habita ratione postea addit, l. c. pag. 58. miseram illam Adami conditionem aliquatenus emolliens: "Wie aber? wollen wir den unglückseligen Menschen hier lassen? finden wir in dem Göttlichen Verweis nichts als Galle und Vermuth? O! nein! der Gott des Trostes, welcher mitten im Gericht gedenket an die Gnade, war nie bereitwilliger und begieriger als eben nun. Dann ehe er dem Menschen sein Straf, Urtheil gesprochen, sagte er in dem 16ten vers des Weibes Saamen soll der Schlangen den Kopf zerretten. Und der Grund dieses großen Werks der Erlösung kan in diesen Worten gesucht werden, sicut unus ex nobis, wie unser eizner. Satis verum hoc est, quia istud unanimi confessione pietatis mysterium magnum, I. C. Dei filium esse in carne manifestatum, *σῶλος καὶ ἐδραίαμα τῆς ἀληθείας* est. Idque in n. l. innuitur, [§. XXXVI.] At hæc cum prioribus, quæ vir iste locutus erat *ἀνίστατα* esse, nulli dubitamus. Certum enim est Deum sub foedere gratiæ minime gentium intricate loqui cum hominibus, ut iisdem irascatur & fundamentum salutis ponat. Sed serio agit, viam de simplici & plano ostendens, qua peccator tesipiscens gratiæ divini rursus particeps fieri potest. Operis autem salutis compendium *γ. 16. Gen. III.* contineri omnes confitentur orthodoxi. At quum promissionis sive *τῆ προτευναγγελίς*, fundamentum in verbis: *sicut unus ex nobis* invenire queat, fatente viro clarissimo, quo quæso modo

modo ironiam fingere vellemus? Non ignoramus quidem, diversas sententias (quia S. S. inexhaustus cognitionis est thesaurus) subordinari posse. Sed eo, quo dictum est sensu, nulla locum habere potest subordinatio; sunt enim sententiae contrariae: Fundamentum foederis gratiae sive operis salutis, & ironiam aculeatam, signumque iracundiae divinae suppeditare. Subordinata vero conspirant non contraveniunt.

§. XXXVIII.

Multa quoque nimis rigida & inconvenientia huic insunt explicationi. Summae illius *φρασεως*, qua Deus hominem oleo laetitiae & gratiae perfundit, prima quasi conspiciantur incunabula. Amoris autem est, non insultare, non esse bilinguem, sed sincere & ex intimo cordis affectu agere; eo magis quo amor magis est tener ac intensus. Cum itaque Deus per promissionem seminis benedicti tesseram amoris dedisset certissimam, certe si aliquid, istud non videmus, quomodo dici posset Deus Adamum subsannasse. Qui praeterea per veram fidem in gratiam receptus [§. XXXIII.] scommatibus istis erat indignus. (§. XXIII.) Quid quod ecclesiae eo temporis statu, quam solus Adam cum uxore sua constituebant, nullo modo conveniat. Versabatur sub tota promissionis periodo in aetate, uti dicunt, puerili. Pater ille summe benignus indulgentius eam tractabat, & regebat legibus non multis, minimeque improbis, instar Patris mitissimi filium suum pupillum ducentis. Huic inquam periodo, ecclesiaeque constituendae acerba istiusmodi irrisio non accedit. Sed porrò.

§. XXXVIII.

Sententia celeberrimi concionatoris aulici quot lineas tot fere incommoditates habet ne dicam falsa. V. C. Sic velamen-

2
 31.
 21
 30.
 29.
 28.
 26.
 18.
 27.
 35.
 9.
 17.
 10.
 16.
 11.
 15.
 12.
 13.

lamento pelliceo involutum fuisse Adamum, sicut unum ex animalibus. Et l. c. pag. 54 dixerat: Wie es dann ein erschrocklicher Anblick war, daß der, in welchem das göttliche Ebenbild geleuchtet, nun unter stinkende Thier-Felle sich verstecken mußte, damit er seine Schande verhullen möchte. Und daß ein todttes Vieh mehr Zierde hatte, als ein lebendiger Mensch. Hic vestitus potius Adamo erat decori, quam foetido opprobrio, ut probavimus [§. XXXIII.] In der Erden wühlende u. f. wie unser eines. Negatur; Adamus enim per fidem terrena floccipendens coelestia spirabat, quia fides est *ἐπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων ἑλεγχος ἔβλεπομένων.* Hebr. XI. ὕ. ι. adeoque non quæ infra, sed quæ supra sunt, primum hominum caput sectabatur. Eundem instar pecudis diem obire supremum, & in pulverem redigi, omnem sanam abhorret rationem. Posito enim (quod tamen pernegamus) quod in æternum damnatus exul fuerit communionis divinæ; minime tamen instar pecoris vitam deposuisset, spiritu ejus vi immortalitatis naturalis superstite. An vero hoc est instar pecudis vita excedere? Quod autem bruta homini in exemplum proponantur, verum quidem est; sed eo tantum fit scopo, ut impiorum exaggeretur stoliditas & imprudentia, utpote quorum prudentia ab animalibus *αλόγοις* sæpe superatur. Comparatio denique inter Adamum & spiritus malignos instituta, maximis laborat difficultatibus, quibus sese nunquam expedire potuisset vir clarissimus. Verum quidem est, hominem fuisse rebellem & immorigerum contra Deum, sed is non fuit sicut Satanas. Etenim serpens hominem ad lapsum pellexerat, quum angeli isti mali proprio motu domicilium suum reliquerant. Id quod [si opinari licet] fortasse in causa fuit, cur Deus Satanam, cum suis angelis in mise-

miseria relinquens, hominum genus solummodo in salutem vindicare voluerit. Sed falsissimum est, hominem proscriptum fuisse communione divina, & ad tartarum, pœnasque infernales relegatum instar cacodæmonum. Nam Deus consilium gratiæ jam tum cum homine inierat, cujus valore Adamo spes vitæ æternæ ostendebatur. Credebat enim promissionibus divinis, adeoque firmam fovere poterat persuasionem, ὅτι τοῖς ἐκζητοῦν αὐτὸν μισθαποδοτῆς γίνεται Hebr. XI. 6. Putamus itaque hæc omnia a viro alias doctissimo per ὑπερμελίαν dicta fuisse, peccatum primi hominis exaggerandi gratia. In examen vocata evanescent.

§. XXXX.

Alii hæc verba vertunt: *Ecce Adam fuit sicut unus ex nobis.* Ac si Deus statum Adami anteriorem dolenter descripserit. Sed nec ista commentatio nobis facit satis. Nam a) verbum הָיָה hic optime vertitur, est, vel erat, sicut Cap. III. 1. hinc si Adamus erat, quod antea non fuit, utique non incommodo sensu passive exprimitur factus est. Quam versionem secuti sunt. Iun. & Trem. Vulgata L. V. THERYS alique. b) Si Deus statum innocentiae Adami describere voluisset, quæ subest causa, quod iterum vocum permutatio occurrat? Et quod Deus non potius dixisset: כְּדַמוֹתָנוּ הָיָה בְּצַלְמֵנוּ הָיָה הָאָדָם הַזֶּה quibus verbis, durante integritatis statu, hominis indicata est perfectio? Denique c) verba sequentia: *cognoscendo bonum & malum*, hunc sensum respuunt. Quamdiu enim mansit integer Adamus, tamdiu versatus est in sancta mali ignorantia, quamvis mali cognitionem ratiocinando assequi potuerit. Hinc effectum divinum ad statum integritatis referri, & verbum הָיָה per *fuit* sive in præterito tempore verti non potest. Alias sensus
[D] inde

2
31
21
30
29
28.4
18
27.35
9. 17
10. 16
11. 15
12
13

inde resultaret: Adamus integer, cognoscendo bonum & malum, fuit sicut unus ex nobis, quod inconueniens.

§. XXXXI.

Singularem sententiam fovet *ἀνθρώπος* quidam, in *beis biblischen untersuchungs-Schriften* pag. 31. qui putat, verba Satanæ ex parte fuisse impleta. Scilicet seductorem promississe protoplastis majorem cognitionem eamque mali, quia in statu integritatis nullam mali cognitionem habuerit Adamus, & ea propter hominem per cognitionem mali futurum esse sicut Deum, quatenus Deus dubio procul a priori malum cognoscit quamvis averfando, odio habendo, puniendo. Adeoque verba Satanæ: Eritis sicut Deus, aliquo modo vera fuisse, hinc Deum dixisse; *Ecce factus est Adam sicut unus ex nobis, cognoscendo bonum & malum.* Militatur variis argumentis. v. g. quod prima promissionis diabolicæ pars, testante sacro scriptore, vera fuerit; Dicitur enim *ψ. 4.* וּנְקָמוּ עֵינֵינוּ & *ψ. 7.* quasi responderetur וְנִקְחָה עֵינֵינוּ שְׂנֵיהֶם. Inde concludit, cum primum membrum verborum serpentis impletum fuerit, alterum etiam suam nactam fuisse veritatem. Nam hominem reapse gaudere facultate bonum & malum, virtutem & vitium, illius æquitatem utilitatemque, hujus iniquitatem damnumque cognoscendi, atque hujus cognitionis respectu hominem sensu proprio Deo factum fuisse similem, manente tamen finitudine hominis & infinitudine Dei. Sed huic sententiæ etiam subscribere non possumus. Nondum probatum est, Adamum adhuc integrum, nullam plane habuisse mali cognitionem. Imo contrarium luce meridiana clarius apparet. Quum enim vi imaginis divinæ & rectitudinis concreatæ bonum illud cognovit, quod cum lege naturæ & pro-

probationis conveniebat, utique etiam durante ista imagine omnia iis contraria duxit esse mala, quia oppositorum opposita est ratio. Eiusdem furfuris argumentum est, quod impleta prima verborum seductoris parte, etiam secunda æstimanda sit adimpleta. Quanam quæso ratio consequentiæ erit? Maxima in verbis istis: *Et aperientur oculi vestri*, erat ἀμφιβολία. Vera fuerunt, at sicut dictum tripodis: Ajo te Æacida Romanos vincere posse. Quinimo etiam si vellemus concedere verba ista: *Et aperientur oculi vestri*, vera fuisse, num inde sequitur, idem æstimandum esse de iis: *Et eritis sicut Deus?* Nonne Diabolus est spiritus mendax, qui mentiens, teste Christo ἐν τῶν ἰδίων κἀλεῖ Ioh. VIII. 44. Itaque quid obstat, quominus credamus, seductorem quoque verba dedisse, quando dixit: *eritis sicut Deus*. Eo magis cum oratio, ut aliquoties annotavimus, mutationem passa fuit. Dicitur quidem: *aperientur oculi vestri*, & iisdem verbis additur: *Et aperti sunt oculi amborum*. Sed versu 7mo dixit Satan: *Eritis sicut Deus*, & ψ. 22. Deum aliis verbis locutum fuisse audimus, nempe: *factus est sicut unus ex nobis*, non sicut Deus. Alius igitur verborum sensus fuit ψ. 7. alius ψ. 22. Nec prætermittendum, diabolum duplici conjunctionis copula dixisse: *Et aperientur oculi vestri, Et eritis sicut Deus. Et scietis bonum & malum*. In nostro loco autem non solum ordo invertitur, sed etiam omisso 1 copulativo additur præfixum ἔ, quod vertendum, vel cognoscendo bonum & malum, vel ut cognoscat bonum & malum, & sic admodum enervatur opinio, ac si ψ. 22. innueretur, diabolum in suis persuasionibus verum dixisse. Vtrum quoque tam vere quam clare dicatur hominem post lapsum, præditum esse facultate cognoscendi bonum & malum, neque ad minimum est probatum. Imo contradicit Sacræ Scri-

XXVIII.

modo esse explicandum, הוה הוה הוה Ecce Adam fuit, id est corpus sive נה, ante peccatum, כחודר sicut optimus ממו ab ipso, i. e. sicut anima, sive נשמה, corpus fuit purum, nunc autem est mortale. Inde factum esse, ut Deus dixerit, & nunc ne extendat manum suam &c. hominemque arbore vitæ privaverit, quia corpus per mortem esset purgandum, ut fiat sicut anima, nam arborem istam vi physica vitam prolongasse. Hæc autem & similia animum seria sectantem satiari non possunt, & fermentum Iudaicum redolent, dignaque non judicamus, ut refurentur.

§. XXXXIII.

Dilutis igitur sententiis, quæ veritati vel contradicunt, vel non omni ex parte consentiunt, nostram nunc profereamus. Omnes fere interpretes Christiani orthodoxam fidem profitentes, solis hostibus trinitatis exceptis, in eo conveniunt, in verbis: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, innui pluralitatem personarum in una essentia divina. Idem quod indicatur, si Deus de se ipso in plurali loquens dixit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram* Gen. I. 26. Glossa enim Iudæorum, Deum nempe angelos allocutum fuisse, falsitatis facile arguitur. Nam ad illorum imaginem homo fuit creatus, qui dixerant inter se: *faciamus hominem ad imaginem nostram, ad similitudinem nostram*. In toto sacro codice autem homo nullibi angelis factus legitur similis. Ergo Deus & angeli inter se non dixerant: *faciamus hominem ad imaginem nostram*. Porro, si angeli in creando homine cum Deo concurrissent, vel sunt dicendi causæ efficientes, vel sociæ, vel instrumentales. Atqui in creationis operibus Deus aliam creaturam non admittere potest causam efficientem, quia creatio, utpote omnipotentis opus, vires creaturæ finitas excedit, cujus honor in solum Deum cadit. Ps. CXV. 1. 2. 3.

[D 3]

Nec

Nec causam sociam, quia finitum cum infinito eundem effectum producere non potis est, & si Deus causa sociā indigeret in operationibus ad extra, non esset omnipotens. Nec causam instrumentalem, quoniam Deo non opus est instrumentis, sed omnia agit ex imperio voluntatis. Ps. XXXIII. 9. CXXXVIII. 5. Imo in tota creationis historia nulla angelorum expressa fit mentio, quanquam sub cœlorum nomine comprehendi videantur. Iobi XXXVIII. 7. Ergo nihil restat, quod angelis in creationis operibus esset tribuendum. Itaque locutiones istæ in numero plurali, pluralitatem personarum in essentia divina clare intelligendam præbent. In loco autem nostro locutio pluralis luce meridiana clarius proponitur. Dicitur enim: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, quo partitio inter plures indicatur. Idque ad Deum esse referendum, docet conspicua litera; Et dixit Deus, ecce Adam factus est sicut unus ex nobis.

§. XXXXIII.

Quis autem est unus iste, ex illis in essentia divina personis, cui Adamus factus est similis? scriptura ex scriptura explicanda, quia Spiritus S. hoc loco obscurius, alio clarius est locutus, ut pii in libro isto Testamenti semper aliquid habeant, quod ruminent. Elihu igitur, qui tempore promissionis, forte ante Abrahamum, cum Hiobo vixisse creditur, nostrorum verborum erit interpres, ex instinctu Sp. S. dicens. Job. XXXIII. 19. - 23. Et corripitur dolore super cubile suum - - - tunc adest ei angelus interpres אהרן מני אלף ad annunciandum homini rectitudinem suam. Certissimum est, per angelum illum intelligi mediatorem, quem Iobus cap. XVIIII. 24. נאלי vocaverat, angelum illum increatum, ratione muneris autem a Deo missum; Filium Dei qui ab æter-

æterno consilium pacis cum patre iniens כמר invenit. Nunquam angelo creato tanta attributa legimus, quanta Elihu de hoc angelo מליה deprædicat. Nullus angelorum animam hominis interposito lytro ex fovea potest redimere. Nullus angelorum vocari potest unus ex millibus i. e. qui ex omnibus sui similem non habet, numero certo posito & rotundo pro incerto. Nullus angelorum homini aliquo cum fructu annunciare posset rectitudines, interna enim mentis requiritur renovatio. Nullus angelorum homini interituro graciosus esse potest, quoniam omnes natura sumus filii iræ divinæ, quid juvaret nos gratia angelica. Totus itaque nexus, omnesque phrasæ a Sp. S. adhibitæ ostendunt, sermonem esse de solatio, quod animo spiritualiter laboranti per lytrum istud infiniti pretii affluere potest. Adeoque hunc angelum מליה esse Filium Dei, promissum olim mundi redemptorem.

§. XXXXV.

Ille autem ab Elihu vocatur מרר, quid igitur obest, quo minus credamus, etiam in nostro loco intelligi servatorem benedictum totius ecclesiæ. Idem enim fuit mediator Adami, qui & Elihu. Causetur forte, aliam phrasin esse in utroque loco, Gen. III. 22. vocari, *unus ex nobis*, Iobi XXXIII. 23. *unus ex millibus*, hinc duo ista loca non bene inter se conferri? & a) Hæc orationis mutatio ortum duxit ab eis, qui locuti sunt. In libro Geneseos ipse Deus loquebatur; & quoniam Christus est persona divina, Deus poterat dicere: *unus ex nobis*. Ad Iobum autem Elihu homo verba faciebat, illi itaque mediator aliis verbis erat describendus; b) Verborum aliorum idem est sensus. Elihu enim dixit unus ex millibus, i. e. qui inter multa millia sui similem nullum invenit. Hæc autem est descriptio personæ ve
re

8.
2
31.
21
30.
29.
28. 4
26
18.
27-35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

re divinæ. Hinc idem est, si Elihu dixisset unus ex illis, nempe personis divinis, ac si Deus dixisset unus ex nobis; nam unus utriusque phræcos est sensus. Adeoque non incommode hæc loca inter se conferuntur.

§. XXXVI.

Nec a stylo V. T. abhorret Christum vocari unum. Etenim, quemadmodum *unus tantum est Deus, et unus mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus. Qui dedit semet ipsum pretium redemptionis pro omnibus.* 1. Tim. II. 5. 6. sic hac prærogativa a Vatribus V. T. fuit designatus. Iesaias Messiæ verbis loquens dixit. *Es. XXXXIII. 10. Vos estis testes mei, dictum Jehovah & servus meus quem elegi, ut sciatis & mihi credatis, intelligatisque me ipsum esse, ante me non est formatus [sc. aliquis:] a Deo forti, & post me nullus erit. Similiter Es. XXXXIII. 6. Sic dixit Jehovah Rex Israël, & vindex ejus (יְהוָה) Jehovah exercituum: Ego primus sum & ultimus, & præter me non est Deus. Quæ verba Messiæ esse certo certius patet Cap. XXXXIII. i. & 24. Conf. Apoc. I. 8. II. 8. XXII. 13. Eandem descriptionem ecclesiæ sanctissimo amore Christi saucia dedit. Cant. V. 10. Dilectus meus candido & rubente colore est vexillarius inter [vel præ] myriades. Ex quibus videre est, Mediatorem a Prophetis, non quidem, uti dieunt, formaliter, tamen materialiter dictum fuisse unum. Imo in omnibus salvatori nostro competit unitas. Vnus est ratione divinæ naturæ, est enim filius μονογενής a patre Ioh. I. 14. Vnus ratione naturæ humanæ, non ex voluntate viri, aut juxta naturæ leges, sed operatione Sp. S. ex virgine natus immaculata. Vnus ratione operis salutis; nam *in alio non est salus, nec aliud nomen sub coelo hominibus datum, per quod possint servari.* Act. IIII.*

XXXIII.

12. Unus est noster propheta, Rex & sacerdos, a Deo ab æterno constitutus.

§. XXXXVII.

Christus igitur est unus, & Deus de ipso dicere poterat, *אחד ממו* unus ex nobis, personis nempe adorandæ trinitatis. Quia divina revelatione constat, Jesum redemptorem generis humani esse quidem ex patribus, quod ad carnem spectat, sed etiam Deum benedictum in sæcula Rom. VIII. 5. Pueri istius a virgine pariendi nomen esse debebat *אמנוא*, nobiscum Deus fortis Jes. VII. 14. Hinc Salomon etiam de eo, tanquam filio Dei diserte locutus est, idque in numerum mysteriorum retulit. Prov. XX X. 3. *quodnam est nomen ejus, aut quod est nomen filii sui, si noveris!* Quicquid Arrii sequaces contra auream hanc veritatem ogganniant, oculos veritatis luci petulanter subtrahentes. Nunquam enim Dii dicti, qui *φύσει* non erant Dii, istiusmodi epithetis condecorati sunt, quæ Christo attributa legimus, utpote qui audit *אנו-פלח, אנו-עד אל גבר*. Ies. VIII. 6. *ἀληθινὸς Θεὸς* Joh. V. 20. *ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χάρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ* Hebr. I. 3. de quo Deus ipsemet testatur Exod. XXIII. 20. *שמי בקרבו*. Itaque mediator noster est verus cum patre æternus Deus, patri *ὁμοούσιος*, & commode intelligitur, quando Deus dixit: *sicut unus ex nobis.*

§. XXXXVIII.

Quid itaque impedit, quo minus etiam in nostro loco credamus, unum illum esse secundam deitatis personam; filium Dei, mediatorem nostrum exoptatissimum, quum analogiæ fidei non repugnet, & alia Sacræ Scripturæ testimonia habeamus suffragantia? Addamus tamen aliud argumentum. In omnibus operibus ad extra Sacro-sancta trinitas est operosa

[E]

rosa

rosa. In creatione hujus universi Deus creavit per verbum, i. e. pater per filium Prov. VIII. 22 - 31. Joh. I. 3. & Spiritus incubabat superficiesi aquarum. Gen. I. 2. Hinc creatio tribuitur separatim Deo patri Matth. XI. 25. 1. Cor. VIII. 6. Deo filio Col. I. 16. Hebr. I. 10. & Spiritui Sancto Jobi. XXXIII. 4. Ita ut Deus Pater fuerit causa προκαταρκτική, Filius δημιουργική, & Sp. S. τελειοτική, quemadmodum Basilius dixit Lib. VIII. cap. XVI. de Sp. S., id est, non solum in opus istud consilio coiere, sed etiam pro modo subsistendi peculiariter concurrere, ut quælibet persona sese manifestaverit. Nec minus hæc patefactio trium personarum locum habuit in operibus gratiæ. Cum enim Deus populum suum ex Ægypto liberans, aliam œconomia salutis faciem reddere vellet, Deus, puta primam personam, mittebat angelum faciei Exod. XXXIII. 20. 21. XXXIII. 13. 14. 15. & Spiritus Sanctus versabatur in medio eorum, quem exacerbarunt Ec. LXIII. 7. 10. Idem factum sub initio N. T. præcipue ad baptismum Christi, sicut historia evangelica tradit. Hinc infero: Si tota trinitas in mundo creando, in ecclesia mutanda sese nunquam non manifestavit; Ergo etiam in ecclesia fundanda s. constituenda. Idque multo magis cum ecclesiæ magni interfit, mysterium istud trinitatis nosse. Verum enimvero, Deus pater sese manifestavit semen istud mulieris benedictum promittendo 7. 15. Sp. S. Adamum & conjugem ejus ad Prophetias instigando (*). Et sic etiam Jesu Christi insignis fit mentio, quod unus sit ex personis divinis.

[*] Adamum rotulo prophetarum inscribere nulli hæsitamus, prophetam enim egit tam ante, quam post lapsum. Vid. KNIBBE Historie der Propheten lib. II. cap. I. §. 2. Nec Evæ hic honor renuendus est. Vid. WITSIVS Oecon. Fæd. lib. IIII. cap. I. §. XXXIII.

§. XXXIII. & XXXVI., ubi vir ille acutissimus pleno ore fa-
retur: Verba Evæ Gen. III. 27. esse fiduciæ & prophetiæ plena
&c. id autem erat speciale donum Sp. S. 2 Pet. I. 21.

§. XXXXVIII.

Objiceretur forte, Adamum Christi cognitionem po-
tuisse haurire ex versu 15, ubi satis clare fuisset revelatus,
adeoque non opus esse, ut de eo versu 22. inveniendò sol-
liciti simus. R. Christus in fide salvifica non solum cogno-
scendus est qua homo, sed etiam qua Deus. Ast v. 15. sub
nomine Seminis mulieris veniens, humana ejus natura po-
tissimum condescendebat. Deitas ejus autem implicite tan-
tum indicatur, dum caput serpentis dicitur contriturus;
Cui provinciæ peragendæ vis & potentia divina solummo-
do apta erat. Hinc ut Adamus sciret, in quem credat, ut
firmis ejus fides staret fundamentis, mediator v. 22. diserte
inter personas deitatis vindicatur, dum Deus dixit: *ecce
Adam factus est sicut unus ex nobis*. Ex quo fortassis or-
rum duxit, quod Eva, primo partu mulier, statim de viro
Jehova verba fecerit.

§. L.

Quicumque cum Jesu Christo per veram fidem unitur,
Christo etiam evadit similis. Testatur id Paulus Rom. VIII.
29. Quos autem præscivit, illos etiam prædestinavit *συμμορφῶσθαι*
(subaudi *γενέσθαι*) conformes imaginis filii sui, ut ipse sit
primogenitus multorum fratrum. Quod ultro potest con-
firmari hoc argumento: Status beatorum in cælo & fide-
lium in hac terra non differunt nisi inchoatione & consum-
matione, sive (ut verbis Pauli utar) heic sumus infantes
donec *καταντήσωμεν εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τῆς πληρώματος
τῆς χριστεῖς* Eph. III. 13. Adeoque cœlicolæ & terricolæ diffe-
runt

[E] 2

8.
31.
21.
30.
29.
28.
18.
27-35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

runt tantum gradu perfectionis & beatitudinis. Hinc, quia certum est, omnes eos, quorum πολιτευμα in coelis est, futuros esse συμμέροφες τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ sc. Christi, Phil. III. 21. Sponte sequitur, fideles in hac terra Jesu Christo esse conformes. Idcirco fideles etiam vocantur fratres Christi Hebr. II. 11. Imo sub T. V. jamjam audiverunt חברי sodales Christi Ps. XLV. 8. & חתנים uncti, Ps. CV. 15. Quam conformitatem (ut verbulo addamus) Paulus in eo ponit, si is affectus est in nobis, qui fuit in Christo Phil. II. 5., affectus nempe perfectæ obedientiæ erga Deum, ut omni justitiæ, sanctitati & rectitudini studentes, in universa vitæ nostræ ratione ἐν ὁσιότητι τῆς ἀληθείας ambulemus.

§. LI.

Itaque in nostro loco per unum istum ex illis, secundum phrasas SS., commode filium Dei intelligere possumus (§. xxxv. & xxxvi.), imo rationes adsunt, quibus ad id credendum impellimur (§. xxxviii.). Qui veram in filium Dei s. mediatorem habet fidem ei similis redditur (§. L.). Adamus autem veram fidem habuit, (xxxiii.) E. liquidissimus effati divini: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, sensus erit: Adam (dicit Deus) per peccatum quidem misere fuit deperditus, sed ecce magnitudinem misericordiæ meæ! Eum, qui ex merito transgressionis, omni justitia destitutus, cruciatus perferre debuisset infernales, horrida tormenta vindictæ justissimæ, eum, inquam, summa beavi felicitate. Semen istud benedictum promittens, amicum pellicum parans, certissimam σφραγίδα ei tradidi vestis justitiæ ex merito mediatoris olim parandæ. In eum efficacia Sp. S. viva credit fide, & nunc ecce, per fidem istam salvificam in justitia & sanctitate mediatori suo factus est similis, qui est unus ex nobis, persona nempe adorandæ trinitatis.

§. LII.

S. LII.

Nec inficias imus, etiam heic cogitari posse de similitudine Adami cum Christo typica; quoniam, licet Adamus & Christus certo respectu opponantur, ille hujus tamen illustris fuit typus. Quod Paulus fusius prosequitur Rom. V. 14. ubi Adamus vocatur *τύπος τῆς μέλλουσας*. vid. etiam I. Cor. XV. 21. 22. 23. De quo significanter sese expressit van PEENE in Rom: ad l. c. in versione germanica. Nicht daß Adam bereits vor dem Fall ein Vorbild Christi gewesen sey (: contrarium docuit rerum prophetiarum scrutator sagacissimus Cl. Vitringa, somnum nempe Adami fuisse typum mortis & resurrectionis Christi) Nein! sondern in dem Fall, und durch die Zurechnung seiner Sünde ist er das worden; dann dazumal, und daraus, haben die Glaubigen bereits von Anfang der Welt her sehen können, wie ihnen die Gerechtigkeit des Herrn Messias könne und solle zugerechnet werden, und von da an haben sie den Handel, welchen Gott mit ihnen in dem ersten Adam gehalten hat, als ein Muster des Handels Gottes mit ihnen in dem Messias, als dem zweiten Adam, betrachten können. Adeo ut Adamus in eo potissimum fuisset typus Christi, quod ille caput representativum omnium hominum fuerit, quemadmodum Christus caput est totius generationis sanctæ sive fidelium omnium. Videtis HEN. GRONEVVEGEN Emblemata sacra sub voce Adam. Sed non videmus necessarium esse, ut similitudo ista typica huc referatur. Si alicui placeret litem non facimus nostram, *ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τοῖς πληροφορεῖσθαι* Rom. XIII. 5.

S. LIII.

Sensus itaque facillimus esse potest verborum: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, si hoc modo capiantur, quod Deus Adami fidem collaudans descripserit, quam primi parentis, per peccatum quidem corrupti, sed per fidem

2
31.
21
30.
29.
28.
18.
27. 35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

dem in Christum ad salutem restituti, fuerit conditio. Et quamvis nobis constet veritatem nec ab antiquitate, nec ab autoritate, sed a se ipsa suam nancisci certitudinem; Tamen, ne novitatis arguamur, juvabit aliquos, qui incommodo sensus ironici tacti, nostram sententiam elegerunt, adduxisse. Clar. ALTING fil. qui hanc nostram explicationem in speciali disseratione tuitus est, prout ejus meminit GÜRTLER. Instit. Theol. Cap. XX. Th. III. pag. 477. qua tamen non gaudeo. Cel. Lampe in dem Geheimniß des Gnaden-Bunds Theil II. Hauptst. XIII §. XVIII. Et nuper clar. Dr. Fr. VI. RIES Præceptor meus ad cineres usque devenerandus, in exercitatione theol. de Salute protoplastorum Marpurgi habita §. XXX.

§. LIIII.

Additur denique a Deo לרעה טוב ורע quod vertimus, agnoscendo bonum & malum, vel ut cognoscat bonum & malum, lamed enim infinitivis verborum junctum gerundia hebraica facit. Exod. X. 3. Job. XXXIII. 30. Prov. XXIII. 17. Ef. I. 12. Notum autem est verbum רע hebræo idiomate non solum actum mentis percipiendi, vel intellectum, sed etiam appetendi aut averfandi i. e. voluntatem indicare. Bonum igitur cognoscere, lingua sacra significat id, quod bonum est, intellectus facultate sibi repræsentare, & simul amare, appetere, eo frui. Hinc ex oppositionis lege, malum cognoscere, est malum percipere, averfari, odisse.

§. LV.

Hoc Deus autem cum anterioribus connectit, dicens: Adam factus est sicut unus ex nobis, cognoscendo, vel ad cognoscendum bonum & malum, ut ostendat modum, quo Adamus Jesu Christo evenerit similis; nempe quia per veram

ram fidem, summum istud peccatoris bonum, Christum cum beneficiis suis agnoscens, pio in eum voluntatis motu vergebatur. Vt & quia malum istud summum, in quod satanae fraudes eum præcipitem dederant, peccatum, baratrum miseriae cognovit, veraque respicientia odio habere incepit, eam propter causam Christo factus est similis. Atque sic edocemur per fidem & respicientiam Adamum factum esse similem Christo. Vel Deus hoc adjunxit, ut ostendat scopum quare Adamum ex miseria eripuisset, nempe ut cognoscat bonum, latitudinem & longitudinem & profunditatem, sublimitatem misericordiae Dei in Christo Eph. III. 18. ac ut eam summis in vita aeterna evehat laudibus. Item ut cognoscat malum, ut discat sibi in posterum a peccato cavere, & sancte & inculpate in amore coram Deo vivere Eph. I. 4. ut denique cognoscat justitiam in vindicta divina, qua in aeternum ipsi fuisset pereundum. Laus enim gloriae, misericordiae & justitiae, est finis propter quem Deus Adamum, & posteros ejus in communione cum Christo servari voluit. Rom. VIII. 22. 23.

§. LVI.

Reeuset porro Moses: Et nunc ne forte mittat manum suam, & accipiat quoque ex arbore vitae, & edat, & vivat in saeculum. Et emisit eum Jehova Dominus ex horto Eden, ad aedificandam terram, ex quo ipse desumptus erat. Et expulit Adamum, & constituit ab oriente horti Eden Cherubinos & flammam gladii vibrantis, ad custodiendam viam arboris vitae. Num arbor vitae unus tantum in specie sua fuerit? Num vim physicam vitae, etiam invito Deo, prolongandae habuerit? quod Sociniani blasphemio ore affirmant. Num in medio horti floruerit? Quinam per Cherubinos intelligantur, & quae nominis etymologia? quid demum flamma gladii vibrantis dicat? Has & ejusmodi sexcentas alias quaestiones praeterimus.

§. LVII.

2
31.
21
30.
29.
28.
18.
27. 35
9. 17.
10. 16.
11. 15.
12.
13.

§. LVII.

Verbum adhuc nobis est addendum de usu arboris vitæ. Fuit certe hæc arbor sacramentum & sigillum vitæ æternæ Adamo, post absolutum obedientiæ curriculum, conferendæ, unde & nominis ratio est petenda. In eo ad unum omnes consentiunt Theologi, Socini exceptis, qui istud negant, falsam suam hypothesin servandi causa, hominem primum, imo patres V. T., nullam habuisse spem vitæ æternæ. Quamvis, a veritate quasi victi, improvida suorum dogmatum mente fassi sint Sociniani: In compendio suo: Arborem vitæ fuisse symbolum aliquod vitæ æternæ, sed in ænigmatæ.

§. LVIII.

Ex hoc autem usu arboris vitæ quidam argumentantur contra sensum, quem jamjam verbis: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, vindicavimus. Quos inter præcipuus est autor iste *avovvμos* §. XXXXI. citatus. Arbitratur hunc in modum: Quia arbor vitæ sacramentum vitæ æternæ fuit, ejectionem Adami ex Paradiso & abactionem ab arbore vitæ, adhuc dum fuisse signa Dei irati, præsertim cum Deus angelum, cum flamma gladii vibrantis, ad custodiendam viam arboris vitæ constituerit. Hinc infert, sententiam nostram non bene cohærere cum antecedentibus & consequentibus, si verba, *Ecce Adam* &c. nostro sensu velimus accipere. Deus enim uno, ut ita dicam, halitu Adami collaudans fidem, suam in eo acquiescentiam esset restatus, & simul, expulsionem ea ex paradiso, suam ostendisset excandescentiam. Adeoque nostram explicationem cohærentiæ causa non posse locum habere.


§. LVIII.

mentis, & sigillis foederis istius excludens, foedus istud funditus abrogabo, quæ erant Paradisus & arbor vitæ. Adeoque hoc erat testimonium œconomix salutis peccatori dispensandæ. Cum igitur verba: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*, respectum habeant ad salutem per Christum obtinendam, subsequenti historia indicatur, hanc unicam esse voluntatem divinam, ut exclusa omnium operum iustitia, ex pura pura gratia servemur. In quo Cl. *VVIRSIUM* quoque ad stipulandam habeo. *Oecon. Foed. Lib. IIII Cap. VII. §. III.* vid. etiam *LAMPE* in dem *Geheimnis des Gnaden-Bundes. Theil I. Hauptst. XIII. §. VIII.* *BRAKELS vernünftiger Gottesdienst. Cap. XIII. §. XV.*

LX.

Atque hæc sunt, quæ his paucis commentari voluimus. Tu benevole lector conatus, quamvis exiguos, in bonam accipies partem. Si quidam invenirentur majori intellectus & scientiæ acumine dicta persequentes, gaudebo, me cum aliis ansam de re aliqua scrutanda præbuisse, neminique invideo, me ab aliis vinci, modo veritas de Jesu Christo unico salutis nostræ fundamento indies eluceat. Deus autem T. O. M. qui gratiosam suam in Christo nobiscum communicavit voluntatem, qua revelata omnium nostrum primus parens Christo factus est *σύμμορφος*, faxit per Spiritum suum sanctum, ut ii, qui per peccatum imagine diaboli sunt polluti, eandem in Christum fidem accipiant, quo imagine peccati exuto, Christo evadant conformes. Qui autem per fidem uni isti ex tribus personis facti sunt similes, eos benignus in Christo pater confortet, ut sanctitati studentes, sicut gesserunt imaginem terreni, gerant etiam imaginem cœlestis Adami, Sic ei conformes in hac terra, conformes erimus in gloria, quando transfigurabit corpus humile nostrum, ut conforme fiat corpori ejus glorificato. Amen.

* * *





) 25 (

Theologiae Dogmaticae methodo scienti-
 e Loc. V. §. 609. Sch. 3. praesentem no-
 per concursum Dei specialem ad actum
 actionis explicatum cupit, et concur-
 dicit, per quem *omnia*, quae in actione
 nantur; consequenter vterque Concita-
 cationis ad agendum oblationem *eo sine*
 nejus agat, et determinationem actionis
 ne vterque est in errore, quia docente
 phia, ad actiones malas non concurrit
 ursu vniuersali s. generali.

§. XXXII.

item concitationis vel positivae concef-
 si, permissionem Diuinam hoc loco in-
 no dicendum foret, si, quaestionem hic
 npossibile. Enimvero hoc impossibile
 onstrauimus; adeoque nunc disiectiua
 per quaestionem est explicandus locus,
 rmissione *דאמר* est exponendum. E-
 significatus nondum praesto sunt exce-
 exempla (§. V.). Ergo, quod per quae-
 vari debeat, videtur consequi.

§. XXXIII.

autem praeoptem hanc explicationem,
 best, vt alteri, quae de permissione expli-
 parte sit contraria, vt potius permissio
 supponatur, cum, quod sine permissione
 ta Dei miraculosa impeditioe nullate-
 nus

D

nus

33.

34.

35.

